

60 coctus, secunde diei vel tercię, non autem prime. Ex granis ordeum,
amilum, farina cicerum, ex floribus cappari^g et alia <sunt> contraria
melancolie. Poma generant melancoliam, ut Avicenna¹². Anime acci-
dencia, ut ira, timor, tristicia et excessivum gaudium; extinguunt enim
65 hec et diminuunt calorem naturalem aut per viam suffocacionis vel per
viam resolucionis. Sed conveniunt gaudiosa letificancia animam, nam
hiis calor nature vigorari videtur.

Quoad regimen medicinale, consulo in communi usu has pillulas,
quarum assignacio hec est:

Recipe¹³ *aloe rosati*, et est *aloes* quod teritur cum *foliis rosarum*^h *rube-*
70 *arum*, *viridium quantum sufficit ad conficiendum magdaleon*, dragmas V,
mirre dragmas III, *masticis* dragmam I semis, *croci sicci* scrupulum I.
*Cum succo boraginis*ⁱ dissolvantur et *fiant pillule* et hee sunt bone in
communi usu, quia per eas *acquiritur processus adolescencie et sanitatis*
regimen. Et poterunt omni tempore sumi VII, IX vel XI vel quinque
75 secundum necessitatem materie / peccantis. Laudo usum pillularum
liberativum mearum, quas descripsi in libro, quem agregavi de quattuor
punctantibus morbis¹⁴, quarum assignacio hec est:

Recipe *aloes succotrini* dragmam I, *dyagridii* in citonio preparati, pul-
pe coloquintide levis^j et albe infuse in glutino draganti ana dragmam I,
80 *bellericorum* dragmam semis, *radicum enule sicce*, *absinthii*, *sticados*
arabici, *masticis*, *rosarum rubearum* ana scrupulos II. Fiant pillule cum
aqua buglosse in hyeme et in estate cum aqua acetose, et accipiantur de
sero hora dormicionis tres. Cum autem expedit, ut forcior sit purgacio,
poterit de eis inclitus dominus noster rex regum dragmam I sumere et
85 expectare operationem sine cibo, postea accipere completa educcione
haustum unum brodii pullorum calidum cum zuccaro, convenit in casu.
Nam coloquintida evacuat flema et coleram nigram, et ponit Haly Ab-

g) capparos Hs.

h) res mit Kürzung Hs.

i) verbessert aus baraginis Hs.

j) leves Hs.

12) Dies bezieht sich wahrscheinlich auf die dritte Fen im ersten Buch von Avicennas Canon medicinae, die eine Gesundheitslehre enthält, doch gibt es dort keinen simplen Zusammenhang zwischen Obst und Melancholie.

13) Das Rezept bis regimen (Z. 74) ist De conservanda iuventute (wie S. 144 Anm. 23) fol. 88rb entnommen; die Mengenangaben sind präziser als in der Vorlage.

14) Nicht nachweisbar; zu Autoren und Werken mit dem Beinamen bzw. Titel Aggregator und zu aggregare als Bezeichnung medizinischer Sammeltätigkeit vgl. Jole AGRIMI / Chiara CRISCIANI, Edocere medicos. Medicina scolastica nel secoli XIII–XV (Hippocratica civitas 2, 1988) S. 174f.